

principia ē, quod moderna Philosophia proprium est,
 ad experimenta ipsi oculorum Sensui exposita, meos Au-
 ditores alegans. Verū enim verò cùm ea, que alio-
 rum oculos satiaverant, ipsorum auribus tantum inge-
 rere aut ad summum quibusdam linearum ductibus in
 tabula quodammodo designare diu datum esset; ac præ-
 viderem tamen, quanto cum fructu ē quam latis ocu-
 lis essent inspecturi ea qua tam avidis hactenus hausis-
 sent auribus: constitui tandem Experimentale quod-
 dam adhibere Collegium, ē, quæ dñantes vel honorarii lo-
 co privatim docentibus offerri solet, collectam omnem,
 instrumentorum necessariorum qualicunq; apparatui, ac
 imprimis Antliae Pneumaticæ, quæ paucorum manibus
 versatur, fabricandæ impendere, utpote cuius admiran-
 da effecta ipsimet mihi, legere quidem sapissimè apud
SCHOTTUM, BOYLIUM, GUERICKIUM,
 videre verò nunquam contigerat. Exposui igitur an-
 no abhinc tertio consilium istud meum in Programmate
 quodam, huic Prefationi paulò post subjiciendo, repertiq;
 statim sunt, qui promptè isti letiq; subscriberent rerum
 pulchrarum estimatores numero viginti, quorum no-
 mina ante-memorato Programmati subjiciemus, tan-
 quam publico industriae ipsorum & insatiabilis sciendi
 cupiditatis testimonio. In primis autem hoc loco, cum
 debite